

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Regula pastoralis

Gregor <I., Papst>

[Basel], 15. Feb. 1496

Incipit secunda pars: docens qualiter vivere debeat in officio pastoralis: is
qui ad illud digne pervenit

[urn:nbn:de:bsz:31-313469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-313469)

eratur. Ticiū quippe est ponderis: cū hu-
nior viscerū ad virilia labit: que profecto
cū molestia de decore intumescit. Pon-
derosus ergo est: qui totis cogitationibus
ad lasciuam defluens pondus turpitudi-
nis gestat in corde. Et quāuis praua non
exerceat opere ab his tamen nō euellit
mente: nec ad vsuz boni operis in aperto
ualet assurgere: quia grauat hūc in abdi-
tis pondus turpe. Quisquis ergo quolis-
bet horū vicio subiecit: panes domino of-
ferre prohibet: ne profecto diluere aliena
delicta nō valeat is quē adhuc ppria de-
uastant.

Explicit prima pars.

Incipit secunda pars: docēs
qualiter viuere debeat in officio
pastoralis: is qui ad illud digne
peruenit.

De qualitatibus digni pasto-
ris collectim enumeratis:

Capitulū primū.

¶ **Q**uia igitur paucis ad pastora-
le magistrū dignus: quali-
ter veniat: atq; hoc indignū
qualiter pertimescat ostēdis-
mus: nūc is qui ad illud di-
gne peruenit in eo qualiter viuere debe-
at demonstramus. Tantū debet actionem
populi actio transcedere presulis: quantū
distare solet a grege vita pastoris. Sportz
nāq; vt mētiri se sollicitē studeat quāta te-
nende recitandis necessitudine cōstrin-
git: sub cui? estimatiōe populus grex vo-
cat. Sic ergo necesse est cogitatioe mun-
dus: actioe precipuus: discretus in silen-
tio: vtilis in verbo: singulis cōpassione. p-
rimus: pre cūc: is contemplatiōe suspen-
sus: bene agentibus per humilitatē soci-
us: cōtra delinquentiū vicia per zelū iusti-
cie erectus: internorū curā in exteriorū oc-
cupatiōe non minuens: exteriorū prou-
dentia in internorū sollicitudine nō relin-
quens. Sed hec que breuiter enumeran-

do perstrinximus: paulo latius replicādo
differamus.

¶ **R**ector pastoralis semper
debeat esse cogitatioe mundus:

Capitulum. II.

¶ **R**ector semper cogitatioe sit mū-
dus: quatenus nulla hunc in-
mūdicia polluat: qui hoc susci-
pit officij: vt in alienis quoq;
cordibus pollutōis maculas tergat: quia
necesse est vt esse munda studeat manus:
que diluere sordes curat alienas: ne ta-
cta queq; veterius inquinat: si sordida in-
sequēs: lutum tenet. Hinc nāq; per pro-
phetā dicitur: Mūdāmini qui fertis vasa
domini. Mūi etenim vasa ferūt: qui proxi-
morū animas ad interna sacraria perducē-
das in sue cōuersionis fide suscipiunt.
Apud semetipos ergo quantūz debeant
mūdāri cōspiciāt: qui ad eternitatis tem-
plū vasa viuētia in sinu pprie sponsionis
portant. Hinc nāq; diuina voce precipit:
vt in aaron pectore ratiōale iudicij victis-
ligantibus imprimat: quatenus sacerdos
tale cor nequaquā cogitatioes fluxe possi-
deant: sed ratio sola cōstringat. Nec indi-
feretū quid vel inutile cogiter: qui ad ex-
plū alijs cōstitutus ex grauitate vite sem-
per debet ostendere: quantā in pectore ra-
tionē portet. In quo etiā rationali vigiliā
ter adiungit: vt duodecim patriarcharū
nomina describant. Ascriptos etenim pas-
tres semper in pectore ferre est: antiquorū
vitā sine intermissione cogitare. Hāc tūc
sacerdos irreprehensibiliter gradit: cum
exempla patriū precedentiū indefinēter in-
tuet: cum sanctorū vestigia sine cōcessione
cōsiderat: et cogitatioes illicitas deprimi-
ne extra ordinis limitē operis pedem ten-
dat. Quod bene etiā rationale iudicij
vocat: quia debet rector subtili semper ex-
amine bona malaq; discernere: et que vel
quibus: quādo vel qualiter cōgruant: stu-
diosē cogitare: nibilq; ppriū querere: sed
sua cōmoda ppinquoꝝ bona deputare.
¶ **U**nde illic scriptū est. Pones autē in vas

Secunde partis libri Pastoralis cure

nonale iudicij doctrinam & veritatē: que erūt in pectore aaron quādo ingredit corā domino: & gestabit iudiciū filioꝝ israel in pectore suo: in conspectu dñi semper. Sacerdotē quippe iudiciū filioꝝ israel in pectore corā domini cōspectu gestare est subiectoꝝ causam ꝑ sola interni iudicis intentiōe discutere: vt nihil se ei humanitatis admisceat: in hoc qđ diuina propositus vice dispensat: nec cor rectoris studia priuatus dolor exasperet. Cūq; contra aliēna vicia emulatoꝝ ostendit: que sua sunt exequat: ne tranquillitatē iudicij aut latens inuidia maculet: aut preceps ira perturbet: sed dum cōsideratē terror eius: qui super omnia p̄sident: videlicet iudicis intimi: nō sine magno regant timore subiecti. Qui nimirū timor dñi mentē rectoris humiliat purgat: ne hāc aut presumptio spiritus leuet: aut carnis delectatio inquinet: aut per terrenarū rerū cupidinē impotentitas pollute cogitatiōis obscuret. Qui tamen nō pulsare rectoris animū neque uirtutē festinare necesse est: vt repugnantia vincant: ne viciū quod per suggestiōnē temptat: mollitiē delectatiōis subigat. Cūq; hec ab animo tarde repellit mucronē consensus occidat.

¶ Qui rector semp debeat esse operatione ꝑcipuus. Cap. III.

Sit rector operatiōe ꝑcipuus vite vias subditis viuendo denunciet: vt grex: qui pastoris vocem moresq; sequit: per exempla melius q̄ per verba gradiat. Qui est loci sui necessitate exigit summa dicere. Hoc eadem necessitate compellit summa mōstrare. Illa nāq; vox libentius auditorū cor penetrat: quā dicentis vita cōmendat: quia qđ loquēdo imperat: ostendendo adiunat: vt fiat. Hinc etiam per ꝑphetā dī. Sup montē excelsū ascēde: tu qui euāgelizās syon: vt videlicet qui celesti predicatiōe vtiq; ima tam terrenoz operū deferens: in rerū culmine stare videat: tantoꝝ facillius subditos ad melioꝝ

ra pertrahat: quāto per vite meritū de supernis clamat. Hinc diuina lege armū sacerdos in sacrificiū & dextrā accipit & separatū: vt nō solū sit eius operatio vtilis: sed etiā singularis: nec inter malos tantūmodo: que recta sunt: faciat: sed bene quoq; operātes subditos: sicut honore ordis superat: ita etiā morum virtute transcendat. Qui in esu quoq; pectusculū cū armo trahit: vt qđ de sacrificio ꝑcipiū sumere: hoc de semetipso auctoꝝ discat immolare vt non solū pectore que recta sunt cogitet: sed spectatoꝝ suos ad sublimia armo operis inuitet. Nulla ꝑsentis vite appetat: nulla pertimescat: blādimēta mūdi respectu intimi terroris despiciat: terroꝝ autē cōsiderato interne dulcedinis blādimēto ꝑtemnat. Hinc superne quoq; vocis iperioꝝ in vtroꝝ humero sacerdos reuelamine sup humeralis astringit: vt cōtra aduersa ac ꝑsp̄ra virtutū semp ornamento muniat: quatenus iuxta Pauli vocem per arma iustitię a dextris sinistrisq; gradiēs: cū ad sola que āteriora sūt nitit: in nullo delectatiōis infime latere fluctat. Non hūc ꝑsp̄ra eleuēt: nec aduersa perturbēt. Non blāda vsq; ad voluptatē de mulceant: nō aspera ad desperationē ꝑsumāt: vt oū nullis passionibus intentionē mentis humiliat quāta in vtroꝝ humero sup humeralis pulchritudine tergat ostēdat. Ad recte etiā super humerale ex auro: biacinco: purpura: distincto: cocco: & tortabasso fieri ꝑcipiūt: vt quāta sacerdos clarescere virtutū diuersitate debeat demōstret. In sacerdotis quippe habitu ante oīa aurū fulget: vt in eo intellectus sapiētię ꝑcipaliter emicet. Cui biacinco qui aereo colore respicendit: adiungit: vt per omne q̄ intelligendo penetrat: nō ad fauores infimos: sed ad amorem celestium surgat: ne dū suis incautus laudibꝫ capis ipso etiā veritatis intellectu vacuet. Aureo quoq; atq; biacinco purpura permisceat vt videlicet sacerdotale cor cū summa que predicat: sperat. In semetipso etiā suggestiones vicioꝝ reprimat: eisq; velut ex re

Beati Gregorij pape Cap. III et IIII

gia potestate contradicat: quatenus nobilitate semp intime regenerationis aspiciat: et celestis regni sibi habitaculum moribus defendat: de hac quippe nobilitate spiritus per Petrum dicit: Nos autem genus electum: regale sacerdotium. De hac quippe potestate qua vicia subijcimus: Johannis voce roboramur: qui ait: Quoties autem receperunt eum: dedit eis potestatem filios dei fieri. Hanc dignitatem fortitudinis: psalmista considerat dicens: Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum: quia nimirum sanctorum mens precipaliter in summis erigitur: etiam cum exterius perpetui abiecta cernunt. Auro autem bicincto ac purpure bisinctus cocculus adiungitur: ut ante intimi iudicis oculos omnia virtutum bona ex charitate decorentur: et cuncta que coram hominibus rutilant: hec in conspectu occulti arbitri: sicut intima amoris accendat. Qui scilicet charitas que domini simul ac proximum diligit: quasi ex duplici tinctura fulgescit. Qui igitur sic ad auctoris speciem anhelat: ut primorum curam negligat: vel sic primorum curam exequitur: ut a diuino amore torpescat: quia vnum horum quodlibet negligit insuper humeralis ornamentum habere coactum bisinctum nescit. Sed cum mens ad precepta charitatis tendit: restat: pculdubio ut per abstinentiam caro maceret: unde et bisincta cocco tortabilis adiungitur. De terra etenim bisinus intenti specie oritur. Et quod per bisinum nisi candens decore mundicie corporalis castitas designat. Qui videlicet certa pulchritudini superhumeralis innectitur: quia tunc castimonia ad perfectum mundicie candorem ducit: cum per abstinentiam caro fatigatur. Quis inter virtutes ceteras etiam afflicte carnis meritum proficit: quasi in diuersa super humeralis specie byssus torta cadescit.

Director debeat esse discretus in silentio: et utilis in verbo:

Capitulum. IIII.

Sic rector discretus in silentio: utilis in verbo: ne aut tacenda preerat: aut preerenda reticescat

nam sicut incauta locutio in errorem pertrahit: ita in discretum silentium hos qui erudiendi poterunt: in errorem derelinquit. Sepe namque rectores improvidi humanam amicitie gratiam formidantes loqui libere recta pretimefunt: et iuxta veritatis vocem nequaquam gregis custodie pastorum studio: sed mercedum vice deserunt: quia veniente lupus fugiunt: dum se sub silentio abscondunt. Hinc namque eos per prophetam dominus increpat: dicens: Canes muti non valentes latrare. Hinc rursum querit dicens: Non ascendistis ex aduerso: neque opposuistis vos murum pro domo israel: ut staretis in filio in die domini. Ex aduerso quippe ascendere est: pro defensione gregis voce libera huius mundi potestibus straire. Et in die domini in filio stare est prauis decertantibus ex iusticie amore resistere. Pastori enim recta timuisse dicere quod est aliud quam tacere terga prebuisse. Qui nimirum si pro grege se obijcit: in domo israel hostibus opponit. Hinc rursum delinquenti populo dicit: Prophete tui viderunt tibi falsa et stulta: nec aperiebant iniquitatem tuam: ut te ad penitentiam prouocarent. Prophete quippe in sacro eloquio non nunquam doctores vocant. Qui dum fugitiua presentia esse indicant: que sunt ventura manifestant. Quos diuinus sermo falsa videre redarguit: quia dum corripere culpas metuunt: incassum delinquentibus premissa securitate blandiunt. Qui iniquitatem peccantium nequaquam aperit: quia ab increpationis voce conticescit. Clavis quippe apertionis est sermo correptionis: quia increpatione culpa detegitur: quia sepe nescit ipse etiam qui perpetravit. Hinc Paulus ait: Ut potens sit et exhortari in doctrina sana: et eos qui straddunt redarguere. Hic per Malachiam dicit: Labia sacerdotis custodiunt scientiam: et legem requirunt ex ore eius: quia angelus domini exercituum est. Hinc per Esaiam dominus admonet dicens: Clama ne cesses: sicut tuba exalta voce tuam. Preconis quippe officium suscipit: quisquis ad sacerdotium accedit: ut ante aduentum iudicis qui terribiliter se querit: et ipse scilicet clamando gradiatur. Ha

cerdos ergo si predicatiōis est nescius: q̄ clamorū vocē daturus est prece mutus. Hinc est em̄ q̄ super pastores primos in linguarū specie spiritus sanctus incedit: quia nimirū quos repleuerit de se protinus loquentes facit. Hinc moysi precipitur vt tabernaculū sacerdos ingrediēs tinnibulis ambiatur. vt videlicet voces predicatiōis habeat ne superni aspectoris iudiciū ex silentio ostendat. Scripturū quippe est. Audiatur sonitus quādo ingreditur et egreditur sanctuarū in conspectu domini et nō moriatur. Sacerdos namq; ingrediēs vel egrediens moritur: sed de eo sonitus nō auditur: quia tra3 contra se occulti iudicis erigit. si sine predicatiōis sonitu incedit. Apte autem tinnibula vestimētis illius describunt inserta. Vestimēta etenī sacerdotis quid aliud q̄ resta opera debemus accipere. propheta: at restante qui ait. Sacerdotes tui induantur iusticia. Vestimentis itaq; illi⁹ tinnibula inherēt vt vite viā cuz lingue sonitu ipsa quoq; opera sacerdotis clamēt. Sed cum rector se ad loquendū preparat sub quāto cautele studio loquatur attendat. ne si inordinate ad loquendū rapitur erroris vulnere audientū corda feriant. Et cum fortasse sapiens videri desiderat vnitatis cōpagem insipienter abscedat. Hinc nāq; veritas dicit. Habete sal in vobis: et pacē habete inter vos. Per sal q̄p pe. verbi sapientia designatur. Qui igit loqui sapiēter nititur. magnopere meretur. ne eius eloquio audientū vnitatis cōfundatur. Hinc Paul⁹ ait. Non plus sapere quā oportet sapere: sed sapere ad sobrietatē. Hinc i sacerdotis veste iuxta diuinā vocem tinnibulis malapunica cōtundunt. Quid enī per malapunica nisi fidei vnitatis designat. Nam sicut in malo punice vna exterius cortice. multa interi⁹ granis vniunt. sic innumeros sancte ecclesie populos vnitatis fidei contigit quos in tus diuersitas meritorū tenet. Ne igit rector incautus ad loquendū proruat. hoc q̄s iam premisim⁹. per semetipsū discipu

lis veritas clamat. Habete sal in vobis et pacē habete inter vos. ac si figurate p̄ habitū sacerdotis dicat Malapunica tinnibulis iungite: vt per omne q̄s dicitis prouida mente vnitate fidei cauta obseruatione teneatis. Prouidendū quoq; ē sollicita intētiōe rectorib⁹. vt ab eis nō solū praua nullo modo: sed ne recta qui dē ni mie et inordinate p̄ferant: quia sepe discipulū virtus perdit. cū apud corda audientū loquacitas incauta importunitate leuigatur: et auctore sūū hec eadē loquacitas inquinat. que seruire auditoribus ad vsum p̄fectus ignorat. vnde bene p̄ moysen dicitur. Vir qui fluxū seminis patitur imundus erit. In mēte quippe audientū semen secutare cogitatiōis ē. audite. qualitas locutiōis qz dū per aurē sermo concipitur cogitatio in mēte generat. Unde et ab hui⁹ mundi sapientibus predicator egregius semi verbi⁹ est vocat⁹. Qui ergo fluxū seminis sustinet imundus asserit quia multiloquo subdit⁹. ex eo se inquinat q̄s si ordinate p̄merat prole recte cogitatiōis edere in audientū corde potuisset. Dūq; incautus per loquacitatē dīssoluit. nō ad vsum generis. sed ad imundiciā semē fundit. Unde Paul⁹ quoq; cū discipulū de instantia predicatiōis admoneret adiunxit dicens. Testificor corā deo et christo iesu. qui iudicaturus est viuos et mortuos et aduentū ipsius et regnū eius predica verbi ista oportune importune. dicitur⁹ importune premisit oportune. quia scz apud auditoris mentem. ipsa sua vilitate se destruit. si habere importunitas oportunitatē nescit.

¶ Rector debeat esse singulari compassiōe proximis et precunctis contemplatione suspensus. **Cap. V.**

Sit rector singulari in cōpassiōe proximis. sit p̄cunctis contemplatione suspensus. et vt perplectatis viscera in se infirmitatem ceterorū transferat. et per speculationis al.

studine. semetipm quoq; inuisibilia ap-
petendo transcēdat ne aut alta petēs pri-
mōz infirma despiciat. aut infirmitatib⁹
proximōz congruēs. appetere alta dere-
linquat. Hinc est nāq; qd Paul⁹ in para-
dysum ducit. celiq; secreta tertij rimatur.
z tamē ille inuisibiliū contemplatione su-
spensam ad cubile carnaliū mētis acie res
nocat: atq; in occultis suis qualiter debe-
ant cōuersari dispēsar. dicens. Propter
fornicationes autē vnusquisq; suā vxorez
habeat: z vnaqueq; suū virū habeat. z vr-
oī vir debitū reddat. similiter z vxor vi-
ro. Et paulopost. Nolite fraudari inuicē
nisi forte ad tēpus vt vacetis orationi: et
iterū reuertimini in idipsum. Ecce itaq; ces-
sationibus secretis inserit. z tamē p condes-
cēssionis viscera carnaliū cubile pscrutat
Et quē subleuatus ad inuisibilia erigit:
hūc miseratus ad secreta infirmantiū o-
culū cordis flectit. Celū cōtēplatione tran-
scēdit nec tamē statū carnaliū sollicitudi-
ne deserit: q; cōpage charitatis sūmis si-
mul z infimis iunctus z in semetipso vir-
tute spūs ad alta valenter rapitur. z pieta-
te in alijs equanimiter infirmat. Hinc ete-
nim dicit. Quis infirmat: z ego nō infir-
mor: Quis scādalizatur. z ego nō vror:
Hinc rursus ait. Factus sum iudeis tāq;
iude⁹. Qd videlicet exhibebat nō amittē-
tendo fidē sed ostendendo pietatē: vt in se
personā infidelīū transfigurās. ex semet-
ipso disceret: qualiter alijs misereri debu-
isset quatenus hoc illis impēderet qd si-
bi ipsi si ita esset impēdi recte voluisset.
Hinc iterū dicit. Siue mente excedimus
deo: siue sobrijs sumus nobis: q; z semetip-
sum nouerat cōtēplando transcēdere. z
eundē se auditorib⁹ pdescendo tempore.
Hinc Jacob dño desup inistente z vncto
dorsum lapide ascendētes ac descēdentes
angelos vidit: quia. s. predicatorēs recti
nō solū sursum sanctuz caput ecclesie vicz
dñm pteplando appetit sed deorsuz quo-
q; ad mēbra illius miserādo descendunt.
Hinc moyses crebro tabernaculū intrat et
exit. z qui int⁹ in cōtēplationē rapit. so-

ris infirmantiū negotijs vrget. Int⁹ del
archana cōsiderat. foris onera carnalium
portat. Qui de rebus quoq; dubijs sem-
per ad tabernaculū recurrit: corā testamē-
ti archa dñm cōsultat. exem plū pculdubio
rectorib⁹ prebēs vt cū foris ambigunt qd
disponant ad mentē semp quasi ad taber-
naculū redeāt: z velut corā testamenta ar-
cha dñm cōsulāt: si de his in quib⁹ dubi-
tant: apud semetipsos intus sacri eloquij
paginas requirāt. Hinc ipsa veritas per
suscceptionē nostre humanitatis ostēsa no-
bis in monte orationi inheret miracula i
vrbibus exercet. imitationis videlicet vīs
bonis rectorib⁹ sternēs: vt si iam sūma cō-
templando appetit: necessitatib⁹ tamē in-
firmantiū ppariēdo misceant: q; tūc ad al-
ta charitatis mirabiliter surgit: cū ad ima
proximōz se misericorditer attrahit. Et
cū benigne descēdit ad infima: valēter re-
currit ad sūma. Tales autem sese qui pre-
sunt exhibeāt: quibus subiecti occulta q;
q; sua pdere nō erubescāt: vt cum temp-
tationum fluctus paruuli tolerant ad pas-
toris mentē quasi ad matris sinum recur-
rant. Et hoc quod se inquisari pulsantis
culpe sordibus preuidēt: exhortatiōis ei⁹
solatio ac lacrimis orationis lauent. vn-
de z ante fores tēpli ad abluendas ingre-
dientū manus: mare enesid est laterem
duodecim boues portāt. Qui quidem sa-
cie exterius eminēt: sed ex posterioribus
latent. Quid nāq; duodecim bobus nisi
vniuersus pastorū ordo signatur. de qui-
bus paulo differente lex dicit: nō obtura-
bis os boui trituranti. Quozū quidē nos
apta opa cernim⁹: s; apud districtū iudicē
que illos posteri⁹ maneāt in occulta retrū-
butione nescim⁹. Qui tñ cū pdescēssionis
fide patiam diluēdis primoz cōfessionis
bus preant. velut ante fores tēpli laterē
portāt: vt quisquis intrare eternitatis ia-
nuā nititur. tēptationes suas mēti pasto-
ris indicet: z quasi in bouz latere cogitari
onis vel operis manus lauet. Et fit plerū-
q; vt dum rectoris animus aliena tempo-
tamēta cōdescēdo cognoscit. auditis et

B

Secunde partis libri Pastoralis cure

am tērationibus ipse pulsetur: qz & hec ea dem per quā populi multitudo diluitur. s qua pculdubio lateris inquinat. Nam dū fordes diluentū suscipit: quasi sue mūdicie serenitatē perdit. Sed hec nequa qz pastori timēda sunt: qz deo subtiliter cuncta pensare tāto facili⁹ a sua eripitur. qz to misericordi⁹ ex aliena tēratione fatigat.

Rector debeat esse bene agē. tibus per humilitatez socius et contra delinquētū vitia per zelū iusticie erectus.

Capitulum. VI.

Sit rector bene agentibus p humilitatē soci⁹ cōtra delinquētū vitia p zelū iusticie erectus vt & bonis in nullo se preferat: & cū priorū culpa exigit: prātem p̄mū sui prioratus agnoscat: quaten⁹ & honore sub presso equalē se subditis bene viuētib⁹ putet. & erga p̄culos iura rectitudinis. nō exerecere formidet. Nā sicut in libris moralib⁹ dixisse me memini. Liquet qd̄ oēs homines natura equales genuit: sed variante meritōrū ordine. alios alijs culpa postponit. Ipsa autem diuersitas q̄ accessit ex vitio diuino iudicio dispensat: vt quia omnis homo eque stare nō valet alter regatur ab altero. Unde cuncti que presunt nō in potestate debent ordinis: s; equalitatē pensare cōditionis. Nec p̄es se hominib⁹ gaudeāt sed prodesse. Antiqui etenim patres nostri. nō reges hominum: sed pastores pecorū fuisse memorantur. Et cū domin⁹ Noe filijs eius diceret. crescite & multiplicamini. & replete terram: p̄mū adiunxit. Et terroꝝ vester et tremor sit sup̄ cūcta animātia terre. Quorū videlicet terroꝝ ac tremor. quia esse super animātia terre precipitur. p̄fecto sup̄ homines esse phibet. homo quippe animalibus brutis non autē hominib⁹ ceteris natura p̄latus est. & iccirco ei dicit: vt ab animalib⁹ & nō ab hominib⁹ timea

tur quia cōtra naturā superbiere est: ab eqli velle timere. Et tamen necesse vt rector a subditis timeant quādo ab eis deū minime timeri deprehēdunt: vt humana saltē formidine peccare metuat: qui diuina iudicia nō formidat. Nequa qz nāqz p̄positi. ex hoc questio timore supbiūt: in q̄ nō suā gloriā: sed subditorū iusticiam querūt. In eo enī qd̄ merū sibi a p̄uerse viuētib⁹ exigūt. quasi nō hominib⁹: s; animalibus dominant: qz vics ex qua p̄te bestiales sunt subditi. ex ea debēt etiā formidatū taceri substrati. Sed plerūqz rector eo ipso quo ceteris p̄eminet. elatione cogitationis intumescit & dū ad vsum cuncta subiacēt. dū ad votū velociter iussa p̄plentur dū oēs subditi. si qua bene gesta sunt laudib⁹ efferūt. male autē gestis nulla auctoritate cōtradicit: dū plerūqz laudat et qd̄ reprobare debuerant seduct⁹ ab his q̄ infra suppetūt: sup se anim⁹ tollit & dum foras imenso fauore circūdatur int⁹ veritate vacuat: atq; oblitus sui. inuocens se spargit alienas. talēq; se credit qualem se foris audit. nō qualē intus discernere debuit. Subiectos despiciit eosq; equales sibi nature ordine nō agnoscit. & quos foris te potestatis excefferit. transcendisse se etiā vite meritis credit. Cunctis se existimat ampli⁹ sapere quib⁹ se videt amplius posse. In quodā se quippe cōstituit culmine apud semetipsum: & qui equa ceteris nature cōditione cōstringit. exequo respicere ceteros dedignat. Sic qz vsq; ad eius similitudinē ducit. de quo scriptū est omne sublime vidit. Et ipse est rex sup̄ vniuersos filios superbie. Qui singulare culmē appetitis & socialē vitā angelorū despiciens: ait. Nonā sedē meā ad aquilonē et ero similis altissimo. Dico ergo iudicio intus foueam deiectionis inuenit. nō for̄ se in culmine potestatis extollit. Postea te quippe angelo similis efficitur. dū homo hominib⁹ esse similis dedignat. Sic saul post humilitatis meritū: in timorez supbie culmine potestatis excreuit. Per humilitatē quippe p̄latus est per super

biam reprobatus domino attestare q̄ ait. **H**onne cuius essem paruulus in oculis tuis caput te constitui in tribubus israel. **P**aruulus se in suis prius oculis viderat: sed fulsus temporalis potentia iam se paruulum non videbat. **C**eterorum namque compassionem se preferens: quia plus cunctis poterat. magnum se pre omnibus estimabat. **M**iro autem modo cum apud se paruulus apud dominum magnus: cum vero apud se magnus apparuit apud dominum paruulus fuit. **P**lerumque ergo dum ex subiecto eum affluentia agimus infatur: in fluxum superbie ipso potentie fastigio lenocinante eorum pitur. **Q**ua videlicet potentiam bene regit qui r tenere illam nouerit et impugnare. **B**ene hanc regit qui scit per illam superculpas erigi. scit cum illa ceteris equalitate componi. **H**umana etenim mens plerumque extollitur. etiam cum nulla potestate fulcitur quanto magis in altum se erigit. cum se ei etiam potestas adiungitur. **Q**ua tamen potestate recte dispensat qui sollicite nouerit: et sumere ex illa quod adiuuat. et expugnare quod temptat: et equalem secum illa ceteris cernere et tamen se peccantibus zelo ultionis anteferre. **S**ed hanc discretionem plenius agnoscamus: si pastoris primi exempla cernamus. **P**etrus namque auctore deo sancte ecclesie principatum tenens a bene agente **Cornelio**. et sese ei humiliter prosternebat imoderatus venerari recusauit seque illi similem recognouit: dicens Surge ne feceris et ego ipse homo sum. **S**ed cum **Ananias** et **Sapphira** culpam reperit mox quanta potentia super ceteros excreuisset ostendit. **V**erbo namque eorum vitam pertulit. quam spiritu perscrutate deprehendit. **E**t summum se intra ecclesiam contra peccata recoluit: quod honore sibi vehementer impenso coram bene agentibus fratribus non agnouit. **I**lle communionem equalitatis meruit sanctitatis. hic zelus ultionis vis apperuit potestatis. **P**aulus bene agentibus fratribus prelatum se esse ne sciebat cum diceret. non quod dominamur fidei nostre: sed adiutores sumus gaudij vestri.

Ates illico adiunxerit: fide enim statis. **A**deo si id quod pertulerat aperiret: dicens. **I**deo non dominamur fidei vestre: quia fide statis. **E**quales enim vobis sumus in quo vos stare agnoscerimus quasi prelatum se fratribus esse ne sciebat cum diceret. facti sumus ut paruuli in medio vestrum et rursus. **H**os autem serui vestri per christum. **S**ed cum culpam quam corrigi debuit et inuenit illico magistrum se esse recoluit dicens. **Q**uid vultis in virga veniam ad vos. **S**umus itaque loco beati regis cum is qui preest vitis potestatis fratribus dominatur. **S**ed cum delinquentes subditos propositu corrigere stat. necesse est ut sollicitudine attendat. quatenus per discipline debitis culpas quidem iure patris feriat: sed per humilitatis custodiam. equales seipsis fratribus qui corrigunt agnoscat. **Q**uamuis plerumque etiam dignum est. ut eosdem quos corrigimus tacita nobis cogitatione preferamus. **A**llorum namque per nos vitia discipline vigore ferunt. in his vero qui ipsi committunt. nisi verbi quidem ab aliquo inuectioe laceramur. **T**anto ergo apud dominum obligatores sumus quanto apud homines inulte peccamus. **D**isciplinam autem nostram subditos diuino iudicio tanto libertores reddi quanto hic eorum culpas sine vindicta non deserit. **S**eruanda itaque est et in corde humilitas. et in opere disciplina atque inter hec sollerter intuendum est ne dum imoderatus custodit virtus humilitatis. soluant iura regiminis et dum prelati quisque plus se quam decet despicit. subditorum vitam stringere sub discipline vinculo non possit. **T**eneant ergo rectorum res exterius quod pro aliorum utilitate suscipiunt. seruent interius quod de sua estimatione pertimescunt. **S**ed tamen quibusdam signis decenter erumpentibus. eos apud se esse humiles etiam subiecti deprehendant. quatenus et in auctoritate eorum quod formidet videant. et humilitate quod imitentur. agnoscat. **S**tudeat igitur sine intermissione qui preest ut eorum potentia quanto magna exterius cernit. tanto apud eos interius deprimat ne cogitatione vincat ne in delectatione sui animus rapiat: ne iam sub se mens eam regere non possit cui se libidine

Secunde partis libri Pastoralis cure

minādi supponit. Ne enim presidentū anī-
mus ad elationē potestatis sue delectatio-
ne rapiat: recte per quendam sapientē dicit
Duce te cōstituerūt: noli extolli: sed esto
in illis quasi vnus ex illis. Hinc etiā Pe-
trus ait: Non dñantes in clero: sed for-
ma facti gregis. Hinc per semetipaz veri-
tas ad altiora nos virtutū merita puocās
dicit: Scitis qz reges gentiū dominant:
eorz qui maiores sunt: potestātē exercent
in eos. Non ita erit inter vos: sed quicūqz
maior voluerit fieri: sit vester mīster: et qui
voluerit inter vos primus esse: erit vester
seruus. Sicut filius hoīs nō venit mīni-
strari: sed ministrare. Hinc est qz seruū ex
suscepto regimine elatū: que post suppli-
cia maneāt indicat dicens: Qui si dixerit:
malus ille seruus in corde suo: morā facit
dñs meus venire: et ceperit percutere cō-
seruos suos: manducet autē et bibat vsqz
dū ebrius sit: veniet dñs serui illius in die
qua nō sperat: et hora quā ignozat: et vni-
det eum partē eius ponet cū hypocritis.
Inter hypocritas enim iure deputat: qui
ex simulatiōe discipline ministeriū regimi-
nis vertit in vsum dominiōis. Et tamē
non nunq̄ graui⁹ delinquit: si inter per-
uersos plus equalitas q̄ disciplina custo-
ditur. Quia est falsa pietate superatus se-
rire hely delinquētes filios noluit: apud
districtū iudicem semetipm cum filiis cru-
deli dānatiōe percussit. Hinc nāqz ei diui-
na voce dicit. Honorasti filios tuos plus
q̄ me. Hinc pastores increpat per p̄phetas
tam dicens: Quod fractū est nō alligastis
et quod abiectū nō reduxistis. Abiectus
enī reducitur: cū quisqz in culpa lapsus:
ad statū iusticie ex pastoralis sollicitudis
vigore reuocat. Fracturas vero ligamen-
astringit: cū culpam disciplina deprimit:
ne plaga vsqz ad interitū defluat: si hanc
districtiōis seueritas nō coartat. Sed se-
pe deterius frangit cum fractura incaute
colligat: ita vt grauius scissurā sentiat: si
hāc immoderatus ligamēta constringat.
Unde necesse est: vt cū peccati se vulnus
in subditis corrigendo restringit: magna

se sollicitudine: etiā districtio ipā modes-
ret: quatenus sic iura discipline cōtra des-
linquētes exerceat: vt pietatis viscera nō
amittat. Curandū quippe est: vt rector se
subditis et matrē pietatis: et patrē exhibe-
at discipline. Atqz inter hec sollicita cir-
cumspēctōe prouidendū: ne aut districtio
rigida: aut pietas sit remissa. Hāc sicut in
libris tam moralib⁹ diximus: Disciplina
vel misericordia multū destruit: si vna se-
ne altera teneat. Sed erga subiectos sus-
os inesse rectorib⁹ debet: et iuste cōsulens
misericordia: et pie seuiēs disciplina. Hic
namqz est quod docēte veritate per fama-
ritani studiū: seminiuus in stabulū ducit:
et vinū atqz oleū vulneribus eius adhibet
vt per vinū sez mordeant vulnera: et per
oleū foueant. Necesse quippe est vt quis-
quis sanādis vulneribus p̄esse in vino
morū doloris adhibeat: et in oleo mollit-
cū pietatis: quatenus per vinū mundent
purida: et per oleū sananda foueant. Mi-
scenda est lenitas cū seueritate faciendū
quoddā ex vtroqz temperamentū: vt nes-
quāqz multa asperitate exulcerent subditū
neqz nimia benignitati soluāt. Quod ius-
ta Pauli vocē bene illa tabernaculi ar-
cha significat: in qua cum tabulis virga si-
mul et māna est: quia cū scripture sacre sci-
entia in boni rectoris pectore: si est virga
districtiōis: sit et māna dulcedinis. Hinc
David ait: Virga tua et baculus tuus ipā
me cōsolata sunt. Virga enī percutimur:
baculo sustētamur. Si ergo est districtio
virge que feriat: sit et cōsolatio baculi que
sustētet: sit itaqz amor sed nō emolliens:
sit vigor sed nō exasperās. Sit zelus: sed
nō immoderate seuiēs: sit pietas: sed non
plusqz expediat parcēs: vt dum se in arce
regiminius iusticia clemētiāqz permisceat
is qui p̄reest corda subditoz: et terrēdo de-
mulceat: et tamen ad rectoris reuerentiāqz
demulcēdo constringat.

Qui rector nō debeat minue-
re curā interiorū in exteriorū oc-
cupatione: neqz relinquere exte-

riorum prouidentiam in inter-
nozorum pollicitudine:

Capitulum. VII.

Rector interiorum curam in exte-
riorum occupatioe non minuens:
exteriorum prouidentiam in interno-
rum sollicitudine non relinquens:
ne aut exterioribus deditus ab intimis cor-
ruat: aut solis interioribus occupatus: que-
foris debet proximis non impendat. **S**e-
pe namque nonnulli uelut oblitus quod fratris-
bus animarum causa prelati sunt toto cor-
dis annisum secularibus curis inseruiunt.
Has cum assunt se agere exultant ad has
etiam cum defunt diebus ac noctibus cogi-
tationis turbide estibus anhelant. **C**um
que ab his cessante foris oportunitate que-
ti sunt: ipsa deterius sua quiete fatigant.
Voluptate namque cecent: si actioibus de-
gocis non laborant. Sicque fit ut dum se uige-
re mundanis tumultibus gaudet interna:
que docere alios debuerat ignoret. **S**ub-
lectorum quoque proculdubio uita torpescit:
quia cum proficere spiritualiter sibi appetit: in-
cremplo eius qui prelati sunt quasi in ob-
staculo itineris offendit. **L**anguente enim
capite in cassum uigilet: et in explo-
ratione hostium frustra exercit: uelociter se-
quit: si ab ipso duce itineris errat. **N**ulla
subditorum mentes exhortatio subleuat: eo-
rumque culpas increpatio nulla castigat: quia
dum per animarum presule terrent exercet of-
fensum iudicis: a gregis custodia vacat cura
pastoris: et subiecti ueritatis lumen appre-
hendere nequeunt: quia dum pastorum sensus
terrena studia occupat: uento temporario-
nis impulsus ecclesie oculos puluis cecat.
Quo contra recte humani generis redem-
ptor: cum nos a uentris uoracitate compece-
ret dicens: **A**tendite autem uobis: ut non
grauenet corda uestra in crapula et ebrieta-
te: illico aduixit: **N**ut in curis huius uite
ubi pauore quoque protinus intente adij-
ciens: ne forte superueniat in nos repenti-
na dies illa. **C**uius aduentus etiam qualita-

tem denunciat dicens: **T**anquam laqueus enim
ueniet super omnes qui sedent super faciem
orbis terre. **H**inc itaque dicit: **N**emo potest
duobus dominis seruire. **H**inc Paulus re-
ligiosorum mentes a mundi consortio contes-
tando ac potius conueniendo suspedit di-
cens: **N**emo militans deo implicat se ne-
gocijs secularibus: ut ei placeat cui se pro-
bavit. **H**inc ecclesie rectoribus: et uacandi
studia precipit: et consulendi remedia ostendit
dicens: **S**ecularia igitur uicinia si ha-
bueritis: contempnibiles qui sunt in eccle-
sia illos constituite ad iudicandum: ut ipsi uel-
delictis dispensationibus terrenis inserui-
ant: quos dona spiritualia non exornant.
Ac si apertius dicat: **Q**uia penetrare in-
tima nequeunt saltem necessaria foris operentur.
Hinc **M**oyses qui cum domino loquitur ibe-
tro alienigene reprehensione iudicat: quod
terrenis populorum negocijs sulto labore
deseruiat. **C**ui consiliu moyses prebet: ut pro-
se alios ad iurgia dirimenda constituat: et
ipse liberius ad erudendos populos spiri-
tualium archana cognoscat. **S**ubiectis
ergo inferiora gerenda sunt: a rectoribus summa
cogitanda: ut scilicet oculis qui prouiden-
dis gressibus preminet: cura pulueris non
obscurat. **C**aput namque subiectorum sunt
cuncti qui presunt. **E**t ut recta pedes ualeant
itineria carpere: hec proculdubio capi-
put debet ex alto prouidere: ne a proiec-
tione sui itinere pedes torpeant: cum curuata re-
ctitudine corporis caput sese ad terram des-
clinat. **Q**ua autem mente animarum presule
honore pastoralis inter ceteros uirtutis: si in
terrena negocia que reprehendere in aliis
is debuit: et ipse uersat. **Q**uod uidelicet
ex ira iuste retribuitis per prophetam do-
minus minatur dicens: **E**t erit sicut popu-
lus: sic sacerdos. **S**acerdos quippe est ut
populus: quando ea agit: is qui spirituali
officio fungit que illi nimirum faciunt: que
adhuc de studijs carnalibus iudicantur.
Quod cum magno scilicet dolore charita-
tis Hieremias propheta conspiciens: qua-
si sub destructione templi deplorat dicens
Quomodo obscuratus est aurum: mutatus

Secunde partis libri Pastoralis cure

color optimus: dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum? Quid namos auro quod metallis ceteris preeminet: nisi excellentia sanctitatis figurat: quod colore optimo nisi cunctis amabilis reuerentia religionis exprimit? Quid sanctuarij lapidibus: nisi sacrorum ordinum persone signant? Quid platearum nomine: nisi presentis vite latitudo figurat? Quia enim greco eloquio platos latitudo dicitur profecto a latitudine platee sunt vocate. Per semetipsum vero veritas dicit: **P**ata et spaciola via est: que ducit ad perditionem. **A**urum igitur obscurat: cum terrenis actibus sanctitatis vita polluit. **C**olor optimus commutat: cum quorundam qui degere religiose credebant: estimatio ante acta minuit. **N**am cum quislibet post sanctitatis habitum terrenis se actibus inserit: quasi colore permutato ante humanos oculos eius reverentia despecta pale scit. **S**anctuarij quoque lapides in plateas dispersuntur: cum causarum secularium foras lata itinera expetunt: hi qui ad ornamentum ecclesie interius ministerijs quasi in secretis sanctuarij vocare debuerunt. **A**d hoc quippe sanctuarij lapides stebant: ut infra sancta sanctorum in vestimento summi sacerdotis apparerent. **C**um vero ministri religionis a subditis honorem redemptoris sui ex merito vite sue non exigunt: sanctuarij lapides in ornamento pontificis non sunt. **Q**ui nimirum sanctuarij lapides dispersi per plateas iacent: cum persone sacrorum ordinum voluptatum suarum latitudini dedit: terrenis negocijs inheret. **E**t notandum quod non hos dispersos in plateas: sed in capite platearum dicit: quia et cum terrena agunt: summi videri appetunt: ut et lata itinera teneant ex voluptate delectationis: et tamen in platearum sint capite ex honore sanctitatis. **N**il quoque obstat si sanctuarij lapides eosdem ipsos quibus constructum sanctuarium erisbat: accipimus. **Q**ui dispersi in capite platearum iacent: quando sacrorum ordinum viri terrenis actibus ex desiderio inseruunt: ex quoque prius

officio sanctitatis gloria stare videbatur? **S**ecularia itaque negocia aliquando ex amore passione tolleranda sunt: nunquam vero ex amore requirenda: ne cum mentem diligentis aggrauat: hanc suo victa pondere ad ima celestibus immergat. **A**t contra sunt nonnulli qui gregis quidem curam suscipiunt: sed sic sibi met vacare ad spiritualia appetunt: ut rebus exterioribus nullatenus occupent. **Q**ui cum curare corporalia funditus negligunt: subditorum necessitatibus minime concurrunt. **Q**uorum nimirum predicatio plerique despicitur: quia dum delectationum facta corripuit: sed tamen eis necessaria presentis vite non tribuunt: nequaquam libenter audiunt. **E**gentis tamen mentem doctrine sermo non penetrat: si hunc apud eius animum manus misericordie non commendat. **T**unc autem verbi semen facile germinat: quando hoc in audientis pectore pietas predicantis rigat. **E**nde pectori necesse est: ut interiora possit infundere cogitationi: innoxia etiam exteriora prouidere. **S**ic itaque pastores erga interiora studia subditorum suorum ferueant: quatenus in eis exterioris quoque vite prouidentia non relinquat. **N**am quasi iure vix diximus: a percipienda predicatione gregis animus frangit: si cura exterioris subsidij a pastore negligat. **E**nde et primus pastor sollicite admonet dicens: **S**eniores qui in vobis sunt obsecro consensio et testis christi passionum: qui et eius que in futurum reuelanda est: glorie communicato: pascite qui in vobis est gregem domini. **Q**ui hoc in loco vtrum passionem cordis: an corporis suaderet aperuit: cum protinus adiungit prouidentes: non coactis: sed spontanee secundum deum: neque turpis lucri gratia: sed voluntarie. **Q**uibus profecto verbis pastoribus pie precauere: ne dum subditorum inopiam nimis sariat: se mucrone ambitiosius occidat: ne cum per eos carnis subsidij reficiunt proximi: ipsi remaneant a iusticie pane ieiuni. **H**anc pastorum sollicitudinem **P**aulus excitat dicens: **Q**ui suorum et maxime domesticorum curam non habet fidem negavit: et est infideli de

Beati Gregorij pape Cap. VIII

terior. Inter hec itaq; metuedū semper est et vigilanter intueū dum: ne dum cura ab eis exterior agitur: ab interna intentio ne mergantur. Plerūq; enim vt predictus mus corda rectorū: dum temporali sollicitudini incaute deseruiūt: ab intimo amore refrigescūt: et foras fusi obliuiscī nō metūt: quia animarū regimina susceperūt. Sollicitudo ergo que subditis exterius impendit: sub certa necesse est mēsurā teneatur. Unde bene ad Ezechielē dicitur Sacerdotes caput suū non radent: neq; comā nutriēt: sed tondentes attundēāt capita sua. Sacerdotes namq; iure vocati sunt: qui vt sacū ducatum prebeant: sicut delibus p̄sunt. Capilli vero in capite exterioriores sunt cogitatioēs in mente. Qui dum super cerebrū insensibiliter oriuntur curas presentis vite exprimūt: que ex sensu negligentis: quia importune aliquādo procedūt: quasi nobis non sentiētibus procedunt. Quia igit̄ cuncti qui p̄sunt habere quidem sollicitudines exteriores debent: nec tamen eis uehementer incūbere. Sacerdotes recte et caput prohibētur radere: et comā nutrire: vt cogitatioēs carnis de vita subditorum: nec a se funditus amputēt: nec rursus ad crescendū nimis relaxent. Abi et bene dicit̄: Tondentes tondēāt capita sua: vt videlicet cure temporalis sollicitudines: et quantū necesse est prouideant: et tamen refecēt citius: ne immoderatus excrescāt. Dum igitur per administratā exteriorē prouidentiam corporis vita protegit̄: et rursus per immoderatā cordis sollicitudinē intentio non impedit̄: capilli in capite sacerdotis et seruānt vt custem cooperiāt: et refecatur ne oculos claudāt.

Que esse debeat Rectori discretio: correctionis: dissimulationis: seruatoris: et mansuetudinis.

Capitulum, VIII.

Inter hec quoq; necesse est: vt rector solerter inuigilet: ne hūc cupido placēdi hominib; pulsset: ne cū studiose interiora penetret: cum prouide exteriora submittrat. se magis a subditis diligi: quā veritatem querat: ne cū bonis actibus fultus: a mūdo videat alienus: hūc auctori reddat extraneū amor suus. Hostis nāq; redemptoris est: qui per recta opa que facit eius vite ab ecclesia amari cōcupiscit: qz aduſterine cogitatioēs reus est: si placere puer sponse oculis appetit: per quem sponsus dona trāsmisit. Qui nimirū amor p̄p̄: cū rectoris mētē ceperit aliqui hūc inordinate ad molliciē: aliqui x̄o ad asperitatem rapit. Ex amore etenim suo mens rectoris in molliciē vertit̄: quia cū peccātes subditos respicit: ne erga hūc eorū dilectio torpeat: corripere nō presumit: nōnunq; vero et rara subditoꝝ que increpare debuerat: adulationibus demulcet. Abi bene per p̄phetā d̄r De his qui p̄sumūt puluillos sub oīm cubito manus: et faciūt ceruicalia sub capite vniuersę etas: ad capiēdas aīas Puluillos quippe sub oīm cubito man? Eponere cadētes a sua rectitudie aīas: atq; in huius mūdi delectatioē se reclinatēs: blāda adulatione refouere. Quasi em̄ puluillo cubitus vel ceruicalib; caput iacentis eripit̄: cū correptioēs duricia peccanti subtrahit̄: eius mollicies fauoris adhibet vt in erroze molliter iaceat: q̄ nulla asperitas cōtradictioēs pulsat. Sed hec retores qui semetipos diligūt his p̄culdubio exhibent: a quibus se noceri posse in studio glorie tp̄alis timent. Hā quos nihil cōtra se valere p̄spiciūt: hos nimirū asperitate semp rigide inuectioēs premūt. Hū q̄ clemēter admonēt: sed pastoral māsuetudis obliuī iure dñatiois terrēt. Quos recte per p̄phetā diuina vox increpat dicit̄: Quos aut̄ cū austeritate impabitis eis et cū potētia: plus em̄ se suo auctore diligēt̄es iactat̄er erga subiectos erigūt: nec quid agere debeāt: sed quid valeant attendūt. Abi de subsequenti iudicio: metutū s

Secunde partis libri Pastoralis cure

improbe de temporalī p̄tate gloriāntur. Li-
bet vt licēter ⁊ illicita faciāt. ⁊ subditoꝝ
nemo contradicat. Qui ergo ⁊ praua stu-
det agere. ⁊ tamē ad hec vult ceteros tace-
re ipse sibi met testis ē: q̄ plus veritate se
appetit diligi q̄ cōtra se nō vult defendi.
Nemo quippe ē qui ita viuat: vt aliqua-
tenus non deliquat. Ille ergo seipso am-
pli⁹ veritatē desiderat amari. q̄ sibi a nul-
lo vult cōtra veritatē parci. Hinc etenim
Petru⁹ increpationē pauli libēter accepit.
Hinc dauid correccionem subditi humili-
ter auduit: q̄ ⁊ rectores boni dū priuato
diligere amore se nesciūt. libere puritatis
verbū a subditis obsequiū humilitatis cre-
dūt. Sed inter hec necesse est vt cura regi-
minis tāti moderaminis arte tempet. quā
tenus subditoꝝ mēs cū quedā recte senti-
re potuerit. sic in vocis libertatē prodeat
vt tamē libertas in superbiā nō crumpat
ne dū fortasse imoderātus. lingue eis li-
bertas conceditur: vite ab his humilitas
amittat. Sciēdū quoq̄ est qd̄ oportet vt
rectores boni placere hominib⁹ appetāt
sc̄z vt sue estimatiōis dulcedine: p̄ximos
in affectū veritatis trahāt nō vt se amari
desiderēt sed vt dilectionē suā quasi quan-
dā viā faciāt p̄ quā corda audientium ad
amozē cōditōis sui introducāt. Difficile
quippe est vt quālibet recte denunciāns
predicator qui nō diligit libēter audiat.
Debet ergo q̄ p̄esse ⁊ studere se diligit
quaten⁹ possit audiri: ⁊ tamē amozē suoz
p̄ semetipso nō querere ne inueniat ei cui
seruire p̄ officiū cernit occulta cogitatiois
tyrannide resultare. Qd̄ bene Paul⁹ in
sinuat cū sui nobis studij occulta manife-
stat. dicens. Sicut ⁊ ego per omnia omni-
bus placeo. Qui tamē rursus dicit. Ego
si adhuc hominibus placere: Christi ser-
uus non essem. Placet ergo Paulus et
non placet quia in eo qd̄ placere appetit.
nō se s̄z p̄ se hoibus placere veritatē q̄rit.
Qscire sollicitē rector debe-
at q̄z plerūq̄z vitia ⁊ virtutes se ef-
se mentimur. **Cap. IX.**

Sic etiam rector debet qd̄ plerūq̄
vicia virtutes se esse men-
tium. nā sepe sub parsimonie
nomine. se tenacia palliat: con-
traq̄ se effusio sub appellatiōe largitatis
occultat. Sepe inordinata remissio pie-
tas credit ⁊ effrenata ira sp̄ialis zeli vir-
tus estimat. Sepe precipitata actio velo-
citatē efficaciat: atq̄ agēdi tarditas graui-
tatis consiliū putat. Unde necesse ē vt re-
ctor animarū virtutes a vitijs vigilāti cu-
ra discernat. ne aut cor tenacia occupet: ⁊
par cū se videri in disp̄sationib⁹ exultet:
aut cū effuse quid impendat: largi se qua-
si miserādo gloriē aut remittēdo qd̄ feris-
re debuit. ad eterna supplicia subditos p̄-
trahat: aut immaniter feriēdo qd̄ delinquit
ipse grauius delinquat: aut hic quod
agi recte ac grauius potuit. imature pre-
ueniens leuiget. aut bone actionis meri-
tum differēdo ad deteriora p̄mutet.

Quanta debeat esse diuersitas artis predicationis.

Capitulum. .X.

Sciēdū quoq̄ est. qd̄ aliquan-
do subiectoz vitia prudenter
dissimulāda sunt: s̄z q̄z dissimu-
lāter iudicāda. Aliq̄ ⁊ apte
cognita. mature tolerāda. aliq̄ vero sub-
tiliter occulta p̄scrutāda. aliq̄ leniter ar-
guēda. aliq̄ autē vehemētē increpanda
Nōnulla quippe vt dixim⁹ prudētē dissimulāda sunt: s̄z q̄z dissimulanē iudicāda:
vt cū delinques ⁊ deprehēdi se cognoscit
⁊ p̄peti has quas se tacite tolerari p̄side-
rat agere culpas erubescat se se q̄z iudice
puniat. quē sibi apud se rectoris patiētia
clemētē excusat. qua se q̄z dissimulatione
bene iudeam domin⁹ corripit. cū per pro-
phetam dicit. Mēta es ⁊ mei non es re-
cordata neq̄ cogitasti in corde tuo q̄z ego
sum tacens. ⁊ quasi non videns. Et dissimulauit ergo culpas ⁊ innotuit: q̄ ⁊ con-
tra peccatē tacuit. ⁊ hoc ipsum tamē q̄a
tacuerit: dixit. Nōnulla autem vel aperte

cognita mature toleranda sunt: cum vicia reprimuntur oportunitas parit ut aperte corrigantur. Nam secta imature vulnera: veteris inferuescunt. Et nisi cum tempore medicamenta conveniant: constat proculdubio quod medendi officium amittatur. Sed cum subditis tempus ad correptionem queris sub ipso culparum potest patiētia presulis exerceri. Unde bene per psalmistam dicitur. *Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores.* In dorso quippe onera sustinentur. *Supra dorsum igitur sui peccatores fabricasse queris.* Ac si aperte dicat quos corrigere nequeo quasi super impositum onus porto. Nonnulla autem sunt subtiliter occulta perscrutanda ut quibusdam signis eripentibus: rector: insubditorum mentem oportet quod clausum latet inveniat et interveniente correptionis articulo: ex minimis majora cognoscat. *Ubi recte ad Ezechielem dicitur. Fili hominis fode parietem ubi moris dei probera subigunt.* Et cum profodisset parietem apparuit hostium vnum. Et dixit ad me *Ingredere et vide abominatōnes pessimas: quas isti faciunt hic.* Et ingressus vidit: et ecce omnis similitudo reptilium et animalium abominatio: et universa ydola ponus israel depicta erant in pariete. Per Ezechielem quippe propositorum persona signat: pro parietem duritia subditorum. Et quid est parietem foderi nisi acutis inquisitionibus duritiam cordis aperire. *Quae cum profodisset: aperuit ostium: quod cum cordis duritia vel studiosis perorationibus: vel maturis correptionibus scindit: quasi quedam lanua ostendit ex qua omnia in eo qui corripit: cogitationum interiora videantur.* Unde et bene illic sequitur. *Ingredere et inde abominatōnes pessimas quas isti faciunt hic.* Quasi ingredit ut abominatōnes aspiciat: quod discussas quibusdam signis: exterius apparere ita corda subditorum penetrat: ut cum cetera ei que illi mente cogitantur: innotescant. Unde et subdit. *Et ingressus vidit: et ecce omnis similitudo reptilium et animalium abominatio.* In reptilibus cogitationes omnino terrene signantur: in animalibus vero tam quidem aliquantulum a terra suspēse: sed adhuc terre-

ne mercedis premia requirētes. Nam reptilia toto ex corpore terre inherēt. Animalia autem mole corporis a terra suspensa sunt: appetitu tamen gulae ad terram semper inclinant. Reptilia itaque sunt intra parietem: quando cogitationes volunt in mente: que a terrenis desiderijs nunquam levantur. Animalia quoque sunt intra parietem: quoniam et si qua tam iusta: si qua honesta cogitantur: appetitibus tamen lucris temporalibus honoribusque deservunt. Et per semet ipsa quidem tam quasi a terra suspensa sunt sed adhuc per ambitum quasi per gulae desiderium se se ad terra submitunt: unde et bene subditur. *Universa ydola domus israel depicta erant in pariete.* Scriptum quippe est. *Et avariciae quae est ydolorum servit.* Recte ergo post animalia ydola descripta sunt: quoniam si honesta actione: nonnulli quasi a terra se erigunt ambitione tamen inhonesta semetipsos ad terram deponunt. Bene autem dicitur depicta erant quod dum exterius rerum intrinsecus species attrahunt quasi in corde depinguntur: quicquid fictis imaginibus deliberando cogitantur. Notandum itaque est quod prius foramen in pariete: ac deinde ostium cernitur: et tunc demum occulta abominatio demonstratur: quoniam nimirum vntus cuiusque peccati prius signa forinsecus: deinde tunc a aperte iniquitatis ostendit: et tunc demum omne malum quod intus latet aperitur. Nonnulla autem sunt leniter arguenda nam cum non malicia sed sola ignorantia vel infirmitate delinquit: profecto necessesse est ut magno moderamine delicti ipsa correptione temperetur. Cuncti quippe quousque in hac mortali carne subsistimus: corruptio nis nostre infirmitatibus subiaccemus. In se ergo debet quisque colligere: qualiter aliter hinc oporteat imbecillitatis misereri: ne contra infirmitatem proximi: si ad increpationis vocem serventius rapitur: oblitus sui esse videatur. Unde bene Paulus admonet: dicens. *Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis considerans tempus ne et tu tempus*

Secunde partis libri Pastorialis cure

pteris. Ac si aperte dicat. Cum displicet ex aliena infirmitate quod conspicis pensa quod es ut ab increpationis zelo se spiritus temperet. vobis sibi quoque et increpat timet. Nonnulla autem sunt vehementer increpanda ut cum culpa ab auditore non agnosceretur quanti sit ponderis ab increpatis ore sentiantur. et cum sibi quis malum quod perpetravit lenigat: hoc pro se grauius ex corripientis asperitate pertimescat. Debitum quippe rectoris est. superne patrie gloriam per vocem predicationis ostendere. quanta in huius vite itinere temptamenta antiqui hostis lateant aperire. et subditorum mala que tolerari leniter non debent cum magna zeli asperitate corrigere. ne si minus contra culpas accenditur culparum omnium res us ipse teneatur. Unde bene ad Ezechiellem dicitur. Summe tibi laterem et pones eum coram te et describes in eo ciuitatem Hierusalem. Statimque subiungitur. et ordinabis aduersus eam obsidionem. et edificabis munitiones et coportabis aggeres: et dabis contra eam castra. et pones arietes in gyro. et ad munitionem suam protinus subinfertur. Et tu summe tibi sartagine ferream: et pones eam murum ferreum inter te et inter ciuitatem. Cuius enim Ezechiel propheta nisi magistrorum spem tenet cui dicitur. summe tibi laterem et pones eum coram te et describes in eo ciuitatem Hierusalem. Sancti quippe doctores sibi laterem sumunt. quando terrenorum auditorum cor ut doceant apprehendunt. Quod scilicet laterem coram se ponunt quia tota illius mens intentione custodiunt. In quo et ciuitatem Hierusalem iubenter scribere: quia predicando terrenis cordibus curant sumi opere. que sit super ne pacis visio demonstretur. Sed quia incausus gloria patrie celestis agnosceretur. nisi et quanta hic irruat hostis callidi temptamenta noscant aperite subiungitur. Et ordinabis aduersus eam obsidionem. et edificabis munitiones. Sancti quippe predicatorum obsidionem circa laterem in quo Hierusalem ciuitas descripta est ordinat. quando terrene menti

sed iam supernam patriam requiriti. quanta eam in huius vite tempore victorum impugnet aduersitas demonstrat. Nam cum vniuersis quodque peccatum quomodo proficietibus insidiet ostenditur. quasi obsidio circa ciuitatem Hierusalem voce predicatoris ordinatur. Sed quia non solum debent innotescere. qualiter vitia impugnet verum etiam quomodo custodite nos virtutes roborent: recte subiungitur. et edificabis munitiones. Munitiones quippe sanctus predicator edificat. quando que sancte virtutes: quibus resistent vitij demonstrant. Et quia crescente virtute plerumque bella temptationum augentur. recte ad hec addit. Et coportabis aggeres et dabis contra eam castra. et pones arietes in gyro. Aggeres namque coportat. quando predicator quisque mole crescentis temptationis enunciat. Et contra Hierusalem castra erigit quando recte intentioni audientium hostis callidi circumspectas fraudes et quasi incomprehensibiles insidias predicat. atque in gyro arietes ponit: cuius temptationum aculeos in hac vita. nos vniuersis circumsidentes et virtutum murum perforantes innotescit. Sed cuncta hec licet subtiliter rector insinuet nisi contra delicta singulorum emulationis spiritu ferueat. nullam sibi imperpetuum absolutionem parat. Unde illic adhuc recte subiungitur. et tu summe tibi sartagine ferream et pones eam murum ferreum inter te et inter ciuitatem. Per sartagine quippe frictura mentis: per ferrum vero increpationis fortitudo signatur. Quid vero acrius doctoris mentem. quam zelus dei frigit et excruciat. Unde Paulus huius sartagine vrebatur frictura cum diceret. Quis infirmatur et ego non infirmor. quis scandalizatur et ego non vroz? Et quia quisque zelo dei accenditur ne dampnari ex negligentia debeat forti imperpetuum custodia munitur. et recte dicitur pones eam murum ferreum inter te et inter ciuitatem. Sartago enim ferrea murum ferreum inter prophetam et ciuitatem ponitur quia cum nunc fortis zelus rectores exhibent. eundem zelum

postmodū inter se ⁊ auditores suos fortes
munitionē tenent: ne tunc ad vindictam
desiderium sint si nunc fuerint in correctio-
nem dissoluti. Sed inter hec sciendū est.
quia dum ad increpationē se mens docto-
ris exasperat. difficile valde est vt non ali-
quando ⁊ ad aliquid qđ dicere nō debet
erumpat. Et plerūq; contingit vt dū cul-
pa subditorū cum magna inuentione cor-
ripitur: magistri lingua vsq; ad excessus
verba pertrahatur. Cūq; increpacio imo-
derate accenditur corda delinquentiū in
desperatione deprimunt. Unde necesse ē
vt exasperatus rector cum subditorū men-
tem plus se qđ debuit percussisse conside-
rat. apud se semper ad penitentiā recurrat.
vt per lamenta ventam in conspectu veri-
tatis obtineat. ex eo etiam qđ per zeli ei⁹
studium peccat. **Q**đ figurate domin⁹ p
moysen precipit dicens. Si quis abierit
cum amico suo simpliciter in siluam ad li-
gna cedenda ⁊ lignum securis effugerit
manu ferrūq; lapsum de manubrio amici
eius percussit ⁊ occiderit. hic ad vnā su-
pradictarum vrbū fugiet. ⁊ viuet ne for-
te proximus eius culus effusus est sangui-
nis. volozis stimulo persequatur ⁊ appre-
hendat eum ⁊ percutiat animā eius. Ad
siluam quippe cum amico inuis: quoties
ad incuenda subditorū delicta puerimur
Et simpliciter ligna succidimus cum de-
linquentiū vitia pia intentione rescam⁹.
Sed securis manū fugit cum sese increpa-
tio plus qđ necesse est in asperitate pertra-
hit ferrūq; de manubrio profilit. cum de
correctione sermo durior excedit. Et ami-
cum percutit ⁊ occidit. quia auditorem su-
um prolata contumelia a spiritu dilectio-
nis interficit. Corrupti namq; mens repē-
te ad odium profuit si hanc imoderata in-
crepacio plus qđ debuit addidit. Sed his
qui incaute lingua percutit. ⁊ proximum
extinguit: ad tres necesse est vrbes fugiat
vt in vna earū defensus viuat. quia si ad
penitentie lamēta cōuersus. imunitate sa-
cramenti sub spe. fide. ⁊ charitate abscon-
ditur. reus perpetrati homicidij nō tene-

tur. Eiusq; proximus extincti cum inue-
nerit non occidit: quia cum districtus ius-
dex venerit: qui sese nobis per nature no-
stre consortiū iunxit. ab eo pculdubio cul-
pe reatum nō expetit: quem sub eius ves-
tia. spes. fides. ⁊ charitas abscondit.

Quasi precepta eloquij cū
timore et amore sint quotidie
meditanda.

Cap. XI.

Sed omne hoc rite a rectore agi-
tur. si superne formidinis ⁊ dī-
lectiōis spiritu afflatus si odio
se quotidie sacri eloquij preces
meditetur vt in eo vim sollicitudinis
⁊ erga celestem vitā prouide circumspes-
tionis quā humane cōuersationis vltis is-
desinenter vfruit. diuine admonitionis
verba restaurent. ⁊ qui ad vetustate vite
per societate seculariū ducitur. ad amozē
semper spiritualis patre cōpunctionis ⁊
spiracione renouetur. Valde namq; inter
humana verba cor dehuat. Cūq; indubi-
tante consistet. qđ ex ternis occupationū
tumultibus impulsū a semetipso corru-
at studere incessabiliter debet vt per eru-
ditionis studium resurgat. Hinc est enim
qđ prelatum gregi discipulū Paulus ad-
monet: dicens. Num venio attende lecti-
oni. Hinc David ait. Quomodo dilexi
leges tuā domine tota die meditatio mea
est. Hinc Moysi domin⁹ deportanda ar-
cha precepit: dicens. Facies quatuor cir-
culos aureos. quos pones per quatuor ar-
che angulos. Faciesq; vertes de lignis se-
thim. ⁊ operies auro: inducesq; per circulos
qui sunt in arche lateribus vt portet
in eis: qui semp erunt in circulis. nec vni-
quam extrahent ab eis. Qui d per archā
nisi sancta ecclesia figuratur. Cui quatuor
circuli aurei per quatuor angulos iun-
bentur adiungi: quia in eo quod per qua-
tuor partes mundi dilatata tendit. pcul-

dubio quatuor sancti euāgelij libris acci-
eta predicat. Hec et q̄ de lignis serbim fi-
unt: qui eisdē ad portandū circulis inserū-
tur: quia fortes perseverantes q̄ doctores:
velut impubilla ligna querendi sunt: q̄
Instructiōi sacrorū voluminū semper inhe-
rentes sancte ecclesie vnitatē denunciēt:
et quasi intromissis circulis archā portēt.
Hec tibus quippe archaz portare est: bo-
nis doctoribus sanctā ecclesiā ad erudiē-
das infidelium mentes predicādo deducere.
Qui auro quoq̄ iubent operiri: vt cū ser-
mone alios insonāt: ipsi etiam vite splen-
dore fulgescāt. De quibus apte subditur
Qui semper erūt in circulis nec vnq̄ extra-
hent ab eis: q̄ nimirū necesse est: vt qui
ad officij predicatiōis excubāt a sacre
lectiōis studio non recedant. Ad hoc nāq̄
vecetes esse in circulis semp iubent: vt cū
portari archam oportunitas erigit: de in-
tromittēdis vctibus portandi tarditas
nulla generet: quia videlicet cū spirituale
aliquid a subditis a pastore inquirēt igno-
miniosum valde est: si tūc querat discere:
cū questionē debet enodare. Sed circuli
vecetes inhereāt: vt doctores semp in-
suis cordibus eloquia sacra meditātes te-
stamenti archā sine mora eleuent: si quis
quid necesse est prorsus docent. Unde
bene primus pastor ecclesie pastores cete-
ros admonet dicēs: Parati s̄ ad satisfā-
ctionē omni poscētī vos rationē: de ea que
in vobis est spe. Ac si aperte dicat: vt ad
portandā archā mora nulla prepediat ve-
ctes a circulis nunq̄ recedant.

Explicit secunda pars.

**Incipit tertia pars: demon-
strans qualiter bonus pastor
subditos suos docere debeat:
et admonere.**

**Q̄ nō vna eadēq̄ cūctis ex-
hortatio p̄gruat: cū collecta enu-
meratiōe diuersitatū quib⁹ ali-
ter aliterq̄ singuli admonendi**

Capitulum. I.

Q̄uia igit qualis esse debeat
pastor ostendimus: nūc qua-
liter doceat: deinde ostremus:
vt em̄ longe a nos reuerēs
de memorie Gregorij nazā-
zen⁹ edocuit: nō vna eadēq̄ cūctis exhor-
tatio cōgruit: q̄ nec cūctos par morū qua-
litas astringit. Sepe nāq̄ alijs officit: q̄
alijs profunt: q̄ et plerūq̄ herbe que bec
aialia nutriūt: alia occidūt: et lenis sibilus
equus mitigat: catulos instigat: et medi-
camentū qd̄ hunc morbū imminuit alteri
vires iūgit: et panis qui vitā fortū robo-
rat: paruulorū necat. Pro qualitate igit
audientū formari debet sermo doctoris:
vt et sua singulis p̄gruat: et tū a cōis edifi-
catiōis arte nunq̄ recedat. Quid em̄ sūt
intēte mētes auditorū: nisi vt ita dixerit q̄
dā in cythara tensiones stricte cordarū:
quas tangēdi artifex vt nō sibi mēti p̄
simile cāticū faciāt dissimiliter pulsāt. Et
eccirco corde consonā modulationē red-
dūt: q̄ vno quidē plectro: sed nō vno im-
pulsu ferunt: vnde et doctorē quisq̄ vt in
vna cūctos virtute charitatis edificet: ex
vna doctrina nō eadēq̄ exhortatiōe tan-
gere corda audientū debet. Aliter nāq̄
viri: aliter admonēde sunt femine: aliter
iuuenes: aliter senes: aliter inopes: aliter
locupletes: aliter letialiter tristes: aliter
subditi: aliter flatī: aliter serui: aliter vni-
aliter hui⁹ mūdi saplētēs: aliter ebetēs:
aliter impudētes: aliter verecūdi: aliter p̄-
teruti: aliter pusillanimes: aliter impacīes:
tes: aliter patiētēs: aliter ventuoli: aliter
inuidi: aliter simplices: aliter impij: aliter
incolumēs: aliter egri: aliter qui flagella
metuūt: et p̄pterea innocētē viuūt. Aliter
qui sic in iniquitate duruerūt: vt nec per
flagella corrigant. Aliter nimis taciti: aliter
multiloquio vacates. Aliter pigri: aliter
ter precipites. Aliter mānueti: aliter ira-
cūdi. Aliter humiles: aliter elati. Aliter
pertinaces: aliter incōstantes. Aliter gus-
le dediti: aliter abstinentēs. Aliter qui sua
misericorditer tribuūt. Aliter qui aliena